



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Gefördert durch

DFG Deutsche
Forschungsgemeinschaft

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

**'DFG-Projekt "Personales Gelegenheitsschrifttum in der SuUB
Bremen (16. bis 19. Jhd.). Digitalisierung und Erschließung."**

Rector & Professores Academiae Duisburgensis S.D.

Withof, Johann Hildebrand

Teutoburgi ad Rhenum, 1759-02-20

VD18 9102126X

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Signatur: brem.a.0619-175a

[urn:nbn:de:gbv:46:1-180378](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:46:1-180378)

RECTOR & PROFESSORES
ACADEMIÆ DUISBURGENSIS
S. D.

Orbem in hoc Orbe nostro verti perpetuum,
Qui dolent nimium, dedoleant oportet, si cogitent,
Quantam medicinam & morbis nostris & moribus,

Cunctisque, quibus exagitamur, miseris,
Ipsam hanc rerum Vicissitudinem

Sapiens illud optimumque Numen esse voluerit.

Hæc enim nisi fatorum leniret seriem,
Quod malis foret malagma, quæ turbidis rebus malacia?

Adeo cadaverosa temporum nostrorum conspiciuntur facies!

Adversus quam Animus ipsa erigendus est Vicissitudine;

Cujus beatæ & solamen allaturæ meditationibus

Non immorari tantum nos convenit, sed & immori.

Aditus sic fiet certissimus ad illa adyta,

Cælorum templa serena,

Nubes ubi nullas nebulasque, nulla tonitrua,

Aut similes experiemur terrores Terræ nostræ proximis,

Vaporibus vappaque malignitatis postrema turbidæ.

His altius si super hanc Atmosphæram caput extulimus,

Nil nisi sudum, nisi serenum perpetuum,

Merus imò nobis apparebit merities:

Ubi non tam Sole fruente hoc igneo,

Quàm solo illo gaudebimus Bono, ac verè solido,

Quod quia dirigit omnia solum

Verum possis dicere Solem,

Ex sapientis Romani, Carcerem pro Museo habentis, sententia.

Ad hanc regionem nadius tertius emicuit

Nobilissimus ac præstantissimus Vir juvenis,

D. JOHANNES SCHOEENE,

Sacrarum Literarum Cultor egregius.

Si Patria cuiquam decus, si Parentes atterant,

Talium numero Hic accensendus est merito.

In antiquissima Urbe Fabirano, quam Bremam dicimus hodie,

Nobilissimis in hanc lucem editus fuit Parentibus,

dic VII. Octobris, Anno XXXIII. hujus seculi,

Patrem habens Virum nobilissimum & consultissimum,

Philippus Erberfeldius

Matronam ut fœtus sui dotibus eximii

Sic Patre simul Avoque, Philippis Erberfeldius ornatisissimam.

D. JOHANNES SCHEIDT

Longa sapientia, et
Qua præter *Sebenios* etiam *Wacimannos*, *Stedingsos*, *Berckumios*,
Aschenios, *Tamaros* ac *Clytraeos* denique,
Matrem vero **GESAM MARGARETHAM ERBERFELDAM**,

Sic Patre simul Avoque, **PHILIPPIS ERBERFELDIIS**, ornatissimam:
Illo quidem Reipublicæ Bremensis Senatore & Magnario,
Hoc vero in Urbe nostra Duisburgensi quondam Prætorie Regio,
Regiam non modo ad Justitiæ, sed Pietatis etiam cultum viam
Vita pariter moribusque & Scriptis munire solito.
Ad novum verò hunc Nostrum Cæli Municipem quod attinet,
Optimis illi jam puero, mox adolefcenti tincto moribus
Præclaris etiam deinceps disciplinis innutriti contigit:

lis præsertim, quæ viam muniant
Ad cultus divini Mysteria,
Solos sibi, grassans ut silitur Iniquitas,
Oculos religiosos, & mentem delectatam poscentia.

Huc itaque vota convertens, huc studium,
Domi forisque sub summorum Virorum auspiciis
Quorum nomina aliquando posteritas
Sacratiois Minervæ, Sophiæ divinæ, peplo adjiciet,
Primum Bremæ, dein Trajecti in Batavis

Telam feliciter inchoatam porro pertexuit,
Eas referens laudes, iisque maectatus encomiis,
Ut Societati Bremensium Teutonice a Secretis constitui meruerit.
Sic testam pectoris sinceram consecrare gestiens,
Ne quidquid infusum foret, accesseret,

Eam optimis Scientiæ multiplicis imbuere odoribus,
Donec ultimam studiis academicis additurus coronidem
Nosstram quoque Musarum palæstram sibi visendam statueret,
Sed visit tantum, videntque per menses aliquot,
Fatali correptus ante Otidium catarrho,

Ac præter spem omnium XVII. die hujus Februarii
Circa horam vespertinam consumptus septuaginta,
Vos Cives Academici

Novum hoc fragilitatis humanæ specimen,
Dum, exequias ut simul XX. hujus Mensis die eatis, monemini,
Non pompæ, non alterius, nescio cujus, Vanitatis imaginem
Vobis, si sapitis, ante oculos ponite.
Scribebam raptissime

JOANNES HILDEBRANDUS WITTHOF,

Historiarum Eloquentiæ & Græcæ Linguae Professor Ordinarius.

TEUTOBURGI AD RHENUM, Typis Joannis Sebastiani Straube, Acad. Typogr.
ANNO MDCCLIX.

